

- §. 10. Amica iuris equestrī Holsatīcī aēque ac Bre-
mensis cōspiratione fideicommissa nobilium
nulla indigent superioris confirmatione et publi-
catione.
- §. 11. Deficiente iure particulari noviori forma fidei-
commissorum familiāe tantum ex iure peregrino
diūdicanda est, materia unice ex iure antiquo
Germanico.
- §. 12. In Holsatia pariter ac in terris Bremensib[us] ius
antiquum Germanicum nominatim Saxonicum et
inveterata observantia hodie etiam regnant.
- §. 13. Jure equestri Holsatīco omnino interdum ratio
habetur retractus gentilitii.
- §. 14. Liberi tempore alienationis nondum nati re-
tractum gentilitium postea exercere et fideicom-
missum revocare nequeunt.
- §. 15. In probatione, praesumtione, et interpretatione
fideicommissorum familiarū nobilium deci-
dendi normae five rationes neutiquam petendae
sunt ex iure peregrino sed unice ex autonomiae
analogiae, et condominii iuris Germanici prin-
cipiis.

Sectio secunda five practica.

Argumentum.

Collectio documentorum et libellorum theoriam gene-
ralem de fideicommissis familiarū nobilium illustrantium.
